



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Contritio cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)



DIE IOVIS

Ad Christum accedam
ut Dilectum.

ANTE MISSAM.

Directio Intentionis.

Deus cæli, & terræ. fol. 60.
Ego volo celebrare Missam.
fol. 84.

Contritio cordis.

S. Aug^o
Cōf. l. 10
cap. 27.
38. 29.



Erò te amaui, pulchritudo
tam antiqua, & tã
nova, serò te amaui.

Ecce

Contritio cordis. 181

Ecce intus eras, & ego
foris; & ibi te quære-
bam, & in ista formosa
quæ fecisti deformis ir-
ruebam. Mecum eras,
& tecum non eram; &
ea me tenebant longè
à te, quæ si in te non
essent, non essent. Vo-
casti, & clamasti, & ru-
pisti surditatem meam.
Coruscasti, splenduisti,
& fugasti cæcitatem
meam: Fragraisti, &
duxi spiritum, & anhe-
lo tibi. Gustavi, & esu-
rio, & sitio. Tetigisti
me, & exarsi in pacem
tuam. Cum inhæsero
sibi

tibi ex omni me, nunquam erit mihi dolor, & labor; & viua erit vita mea tota plena te. Nunc autem quoniam quem tu imples subleuas eum, quoniam tui plenus non sum, oneri mihi sum. Contendunt lætitiæ meæ flendæ cū lætandis mœroribus, & qua parte stet victoria nescio. Hei mihi, Domine, miserere mei. Contendunt mœrores mei mali cum gaudijs vanis, & ex qua parte stet victorianescio. Hei mihi, Domine, miserere

Contritio cordis. 183

re mei. Hei mihi ecce
vulnera non abscondo.
Medicus es, aeger sum.
Misericors es, miser
sum. Et tota spes mea
non nisi in misericor-
dia tua magna. Da
quod iubes, & iube
quod vis. O amor qui
semper ardes, & nun-
quam extingueris: Ca-
ritas Deus meus, ac-
cende me.

Desiderium, & Amor.

INterim quare faciem S. Aug.
tuam auertis, gau- Sol. Rog.
dium B. c. 1.